CAPVT PRIMVM

De

SCRIPTORIBVS QVI VEL BIBLIOTHECAS IVRIS VEL VITAS IVRE CONSVLTORVM SCRIPSERVNT.

§. I.

NVllam Rei litterariæ partem minus videmus excultam, quam quæ ad Iuris prudentiam pertinet: qui fit, vt quam paucos vltra communes Doctorum opiniones ſapientes, reperiamus Iuris peritos. Cœperunt tamen Iure Conſulti ab aliquo tempore vltra Iuſtinianum procedere & quantam humaniorum literarum ac librarii ſtudii cultura Iuris prudentiæ lucem præferat, ore, & ſcriptis luculenter comprobarunt. Fuerunt etenim noſtra ætate nonnulli, qui methodum ad Notitiam Scriptorum Iuridicorum perueniendi nobis commonſtrare conati. Eo in argumento a multis retro annis occupatus fuit CASPAR THVRMANNVS, qui vniuerſam *Bibliothecam Iuridicam*

Scriptores qui ad Notitiam Auctorum Iuris introducunt.